



Circa Electionem Prioris Provinciae Provinciae Trinacriae.

217

Die 29 Aprilis 1730. fuit electus in Priorem Provincialem à maiori parte ultra medietatem B. Magister Fr Hieronimus Lescata Prior Conventus S^{mg} Annuntiatae Civitatis Victoriosae Insulae Melitae: Nam cum Vocales essent sexaginta septem B. Magister Fr Bartholomeus Vita habuit viginti septem vota, B. Prædicator Generalis F. Joannes Baptista Mignemi habuit unum votum, et dictus B. Magister Lescata habuit triginta et octo vota, et unum votum fuit album. Unde fuit formatum Decretum Electionis communis à primo Scrutatore in favorem dicti B. Magistri Lescata.

Cum scrutinio venit adiuncta protestatio contra formam Electionis, quia admittitur in Scrutatorem ipse B. Magister Lescata, quia supponit Protestans dictum B. Magistrum laborare vitio omnimodæ surditatis; quod ex nostris Constitutis Dist. 2: cap. 2: textu 5. impedit, ut aliquis sit Scrutator. Item protestatur eodem fundamento contra dictum B. Magistrum, si forte eligatur, cum totalis surditas sit impedimentum canonicum, ut aliquis eligatur in Prælatum. Et denique ob eandem rationem protestatur contra Electores, si illum eligant, incurrere ipso facto voce activa, atque eorum vota esse nulla. Et appellat ad Patrem Generalem.

Venit etiam adiuncta responsio ad dictam protestationem, allegans B. Magistrum Lescata nullum habere canonicum impedimentum; cum actu existat Prior Conventus Annuntiatae Civitatis Victoriosae, ibique exerceat omnia munia prædicti officii, atque Benignis sacramentum ministrat excipiendo S^g fidelium utriusque sexus confessiones: et hoc fecit constare per attestata Patrum dicti Conventus, à Iudicibus Votorum Capituli approbata, et cum scrutinio missa.



Sed pro omnimoda surditate electi, adiunguntur protestanti plures B. Magistri
qui pro illius veritate instant ut personale examen de illa mandetur fieri
a Superiore, et offerunt expensas, ultra id quod resultat ex Canone Si forte de
electione, et electi potestate in 6.º. Et addunt quod Patres Conventuales
attestata allegata fecerunt ad instantiam, cui non potuerunt resistere;
et quod Secularium et aliorum attestations pro neganda omnimoda surditate
solicite sunt; et de facto Em. Magnus Mag. Melitensis, et Episcopus
Melitensis per suas litteras ad B. Generalem directas, et Seculares Neapolitanas
per fidem subscriptam ad B. Generalem per Em. Magnam Magistrum cum
scrutinio missam, attestantur Magistrum Leocata non laborare illo vitio
omnimode surditatis, ita ut audiat confessiones Legitimum.

Adversus electiones tam Diffinitorum, quam Prioris Prioris, appellarunt ad B. Generalem
B. Priores Conventus S. Vincentii de Termini, et Conventus S. Petri
Panormi, tanquam iniuste contempti, et non admissi ubi Legitimi Vocales
pro dictis electionibus: Cum contempti habeant ius se opponendi contra electionem
etiam confirmatam, ut communiter docent Doctores; et ad unius illegitime
contempti instantiam sit cassanda Electio.

B. L. Fr. Mariannus Aponte Prior Conventus de Termini fundat suum ius pro
emittenda Voce in dictis electionibus, in eo quod erat actualis possessor
dicti Prioratus; fuit enim a die 5. Januarii decurrentis anni a Patre
Vicario Brownig institutus Prior dicti Conventus, vacante Prioratu (ut in
litteris institutionis dicebatur) ob renunciationem dicti Prioratus factam
a B. L. Fr. Joanne Baptista Duce, et ob deficientiam numeri Vocalium
ad eligendum Priorem; et fuit habitus ut Legitimus Prior usque ad tempus
Capituli, etiam a B. Vicario Brownig.



De quo agitur, dicit. Per quello riguarda al Prior di Termini gli dico, esser stata la renunzia colorata, affinche per le indegnita praticate, non riportasse l'assoluzione dell' officio. procedendo . . . Sicche effettivamente la renunzia non è stata volontaria, ma necessitata. Et in aliis litteris ab ipso vicario, et quatuor diffinitoribus subscriptis die 4 may. dicitur loquendo de casu nostro. Et se bene quel Prior anepo fatto la rinuncia, niente però gli suffragava, à motivo che prima era stato assoluto per sentenza, e per decorarlo un poco . . . fecessi apparentemente renunziare. Et quo apparet Vicarium istum dicere renunziationem fuisse ante absolutionem, seu ut non absolueretur: Vicarium vero cum diffinitoribus dicere, prius fuisse absolutum per sententiam, et postea apparenter renunziaste. Uterius si Iudices Vocum dicunt sententiam fuisse nullam in verbis adductis supra ibi (licet nullam) semper restat prioratum vacasse ipso Priore petente, et quidem per renunziationem, qualem Vicarius Prioris sufficientem indicavit, ut novum Priorem institueret, et ut legitimum recognovit usque ad Vocem emittendam exclusivè.

Novus autem iste Prior indicans se esse gravatum à iudicio nosupra Iudicium Vocum, et à Prioris Vicaris, reversum habuit ad Consilium Prioris, à quo, cum constaret ex decem et novem Capitibus, decem fuerunt in favorem sententie à Iudicibus date (inter quos erant Vicarius Prioris et duo Iudices) et novem in favorem Prioris. Tunc Prior appellavit de contemptu ad B. Grem.

B. Magr. Novitiorum F. Apacintus M. Denti. Prior Conventus S. Site Canormi fuit alter Prior, qui offerit de ipsius contemptu contra



electiones Diffinitorum ex Prioris Prioris in Capitulo factas, pretendens
habere ius Vocem emittendi in illis duplici titulo, scilicet ratione
Magisterii Novitiorum, exerciti per annos requisitos, et ratione illius
est in possessione gratiarum debitarum, nec de hoc titulo est dubium.
Ius ratione alterius tituli, nempe prioratus, fuit à duobus ex tribus
Iudicibus Vocum prius approbatum, cum adduceret litteras testimoniales
à decem et octo Patribus Conventus S. Rite inter quos sunt plures
graduati, subscriptas, quibus attestatur dictum P. Priorem suum
munus adimplerisse, præsertim quantum ad celebrationem Missarum,
et observantiam Decreti Innocentiani. Unus tamen ex Iudicibus
recessit ab approbatione, et cassavit suam subscriptionem, ut infra
apparet. Notium huius mutationis dicti Iudicis fuit, quia datus fuit
quidam Supplex Libellus, pro parte et nomine P. Vincentii Liddato,
intrusi Sacristæ Maioris dicti Conventus auct. Iudicis Monarchie
in quo multa opponebantur Priori circa missarum celebrationem
propter quod à tribus Iudicibus fuit remissus Prior ad Vicarium Prioris
Prior procedavit ad Vicarium et Consilium Prioris, coram quibus
soluit per fides authenticas quod illi opponebatur, maxime circa
integram celebrationem Missarum, ad quas Conventus tenetur,
tam ~~manuales~~ manuales, quam perpetuas, per litteras ut supra abatas
in eadem forma, ac de alio Priore admissio ad Vocem litteras transmittit.
Videntes tamen quod per simplicem libellum unius Fratris absque
ulla probatione, non poterat destrui veritas à tot Patribus et Gravibus
attestata legitime, postea allegarunt deficientiam subscriptionis



Sed ante electiones dictas fuit ipsi Priori intimatum per Iudices Vocum
 ex dicto S. Vicarii Bronig, ipsum Priorem non esse legitimum Vocalem,
 quia non fuit legitime institutus Prior, utpote à Vicario Bronig, qui
 auctoritatem non habebat Priores instituendi, et pro hoc aducebant
 litteras S. Gntij ad S. Vicarium Bronig datas die 11. Martij
 decurrentis anni huius tenoris: Sappia che tutte le istituzioni e
conferme de Priori, che hà fatto in quei Conuenti, in cui i Priori
hanno terminato il biennio del loro Priorato, sono nulle, perche
secondo la Bolla di Giulio Secondo, doucano i Priori sequitare il loro
officio sino all' elezione del nuovo Brunziale.

Prior autem de Termini respondit, tales litteras non loqui in suo casu,
 cum non fuerit institutus in casu uacantis ob completum biennium sui
 Antecessoris, sed ob renunciationem, ut in litteris sue institutionis
 fatetur ipse Vicarius Bronig. Immo pro casu suo prestauit Prior
 alias litteras S. Gntij directas ad S. Magistrum Naselli datas
 die 1. Aprilis sequentis tenoris: Riceno la notizia de Priori
istituiti dal Vicario Salazar, et auendo i loro antecessori renunziato
l'officio, ne essendoci nei Conuenti S. B. sufficienti Vocali per elegere
il Successore, non trouo motivo di condannare le sue operazioni.

His auditis duo ex tribus Iudicibus Vocum, declararunt et sententiarunt
 dictum S. Priorem, sicut et ceteros institutos à dicto de Salazar,
 non esse legitimos Priores, nec Vocales; et suum iudicium fundarunt
 in hoc, quod nomine renunciationis ueniat libera et absoluta,
 non autem inuoluntaria et coacta, sicut in casu cum antecessor Prior
 (dicunt ipsi) fuerit per publicum processum, et incursum excommuni-
 cationem notorie reus, usque licet nullam ad definitiuam sententiam

absolutionis ab officio, sicut constat ex actibus Processus, ad quos secuta
est dicta renunciatio. Ita ipsi subscripserunt.

Ut de huiusmodi iudicio iudicium feratur, plura observanda videntur. 1.^o quod
in Capitulo Romae 1650. declarat. 19. dicitur. Nullo modo licet Iudicibus
vocum indicare, an Priores, Magistri, et Praed. Gules sint legitime instituti
debeatque esse Vocales, sed haec atque similia ob preteritos defectus
emergentia dubia circa validitatem Vocum, à Concilio Prorog. geruntur
secreta, et non aliter, determinanda erunt. 2.^o quod plures ultra suam
auctoritatem dicti Iudices extendentes, interpretari ausi sunt nostras
Constitut. que dist. 2. cap. 3. tex. 7 ita disponunt: Instante Prioris
Broty electione, Priorum Conventualium absolutionem, nisi ob causam
crimini, vel gravi scandali, vel ipso Priore gerente, vel in Capitulo
Broty à diffinitorio illius tunc post electionem Prioris Broty factam,
licet gerentem quoad confirmationem, fieri totaliter prohibemus.
Instante autem Prioris Broty electione dicimus, quancumque Prorog.
non habet Priorem Brotem presentem vel absentem. Et glossa dicti
textus litt. g. haec habet: Declaramus et volumus, quod non fiant muta-
-tiones Fratrum, privationes Vocum, absolutiones Priorum à tempore
notitiae carentis Broty in aliqua Prorog. usque ad notitiam
Confirmationis eiusdem; nisi in casibus in Constitut. contentis.
3.^o quod interpretatio non effugit instantiam, siue enim renunciatio sit
absoluta, siue involuntaria, vel coacta, acceptata tamen à
Vicario Prorog. verè prioratus vacabat ipso Priore gerente, idem
legitime fuit provisus per institutionem novi Prioris. Ultra quod
Prorog. Vicarius Prorog. in litteris ad B. Gulem datis die 2 Maii post
electionem, referens statum illius, et loquens de facto proprio in casu

Sacriste Maioris in litteris Prioris. Ad hoc respondit Prior, non
 exegisse subscriptionem à B. Sacrista Maiori, quia non reputabatur
 ut talis, sed coactus per Iudicem illum habebat in Sacristia; Item
 quod testimonium unius sic suspecti contra Priorem, non poterat
 prevalere contra testimonium plurimum; et insuper quod nulla lex
 esset, quae prescriberet litteras huiusmodi esse subscriptas à B. Sacrista
 Maiori. His non obstantibus Consilium à maiori parte Votorum
 ut supra, fuit resolutum contra Priorem; ita ut non posset Vocem
 emittere ut Prior, nec ut Mag^r Novitiorum. Ex quo Prior
 indicans se esse gravatum, appellavit de contemptu ad B. Gulem.

Pro formando ergo iudicio de captandâ vel confirmandâ electione Diffini-
 torum, et Prioris Brotii, discutienda sunt sequentia.

- 1.º An Prior Conventus de Termini sit contemptus, et iniuste
 non admissus ad Vocem emittendam.
- 2.º An similiter Prior Conventus S.ºe Rite Canonici sit contemptus,
 et iniuste non admissus.
- 3.º An Pr. Mag^r Lecata habeat impedimentum ad officium
 Scrutatoris, et ut sit electus in Priorem Brotem ratione surditatis.

Discutientur in Consilio B.º coram B.º Guli die 23 currentis
 mensis, mane hora 13.



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

